Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

185

tum Bertholdi Ducis, qui anno 1180 jam tres adultos filios habuit, ejusque pater Bertholdus jam maxime grandævus, et saltem fuisse debet; tum Jutte ipsius, ut quæ anno 1254 adhuc in vivis fuit, quod suo loco monebitur. Longe proin vero est similius, eam Bertholdi Ducis filiam, non sororem fuisse. Fuisse autem postea maritus ejus Albertus Teriolensis vivis adhuc etiamnum Meranie Ducibus, multa (~~in eorum provincia~~ uti deinceps videbimus) tam ad Athesim, quam ad Œnum gessit, quæ solis alias Principibus aut certe Gubernatoribus competunt; ~~nec ratio~~ ipsumque ~~de jure~~ affinium suorum Ottonum nomine provinciam gubernasse, ~~arg~~ comprobant, vel etiam aliquid juris in eam uxoris nomine participasse. Nec obstat silentium Auctorum exterorum de Jutta nostra. Si enim, quod credere pronum est, hæc Merani nata, ~~et educata~~, et Comiti prope Meranum residenti nupta est: Scriptores exteros latere quam facillime potuit; cum alios Bertholdi liberos, utpote ad altiores dignitates evectos, non potuerint nescire. Adde, quod Albertus Teriolensis jam anno 1219 fundum aliquod in civitate Meranensi situm contulit, ut scribit Burglehner t. II, l. 5. c. 13. v. Ifters: Conrad von Ifters aus Passeyr hat vom Graf Albrechten von Tyrol ain Haus an Meran zu Lehen empfangen 1219.

40) Brunner Annal. Boic. l. 13 ad an. 1182: Ergo Fridericus Cæsar Præfecturæ illi quoque, quo Meridiem spectat, Leone proscripto, eadem (Ducatus) insignia contulit, et Bertholdum, quem Quartum inter Andecenses numerant, Meraniæ Ducem salutavit. Goriciensis et Tirolensis Comites Meranensi confines, multo quam antea, ampliore libertateque iure uti permisit: donec Meranensibus et Tirolensibus extinctis, sub Menhardi Goriciensis imperium omnia receiderunt, et una Tirolis nomenclatio Provinciam vinciam complexa est. Adelzreiter Annal. Boic. p. I, l. 23 ad an. 1182: Gravius fuit damnum ex Tirolis, quæ hactenus pars Boiæ censebatur, subductione in alienam Toparchiam. -- Bertoldus Andecensis nomen dignitatemque Meraniæ Ducis est consecutus: Tirolenses juxta ac Goriciensis Comites auctiori novo titulo atque potestate, quo demum in unam coaluit sub Menhardo Goriciensi, retinuitque solius Tirolii Principatus nomenclationem.

~~Obiit Otto eodem anno 1207 in brevi tabulis~~

41) Burglehner t. I, l. 13, c. 4: Otto der erst dises namens, vnd nach abstorben seines Vatters Berchtold, der Ander Herzog zu Meran, Marggraf von Istereich, Andechs, Wolfartshausen, Diessen, Tyrol vnd Voytlandt, Pfalzgraf in Burgundt, mit dem Zunamen der Gross genant. Marchio Istriæ vocatur, non quasi semper hoc titulo usus fuerit sed quia post obitum fratris Henrici. ¶ De Meranensium Ducum bonis in Franconia sitis vid. Schæpfenius in Staats-Geschichtl. von Franken.

42) Talmat Henricum in Istria successisse, docent tabulæ